



TRACTATUS III.

DE

MODIS ACQUIREN-
DI VEL AMITTENDI
PRÆLATURAS ECCLE-
SIASATICAS.

Posteaquam sanctitate non minori quam eruditione conspicuus Decretalium Collector materiam de Legibus in libro I. Tit. II. III. & IV. seu primum Jurisprudentiæ Canonico - Civili elementum & fundamentum, præmiserat, mox in Tit. V. & sequentibus incipit agere de Modis, quibus Ecclesiarum Præsules creandi sunt. Et prudentissimè. Nam, uti cujuslibet Reipublicæ pars nobilior & præstantior est Prælati, seu Superior, è cujus, velut Capitis, influxu tota Corporis Mystici sanitas & incolomitas pendet; & ideò, prout Tridentina Synodus in *sess. 24. de Reformat. cap. 1.* appositè loquitur, *totius familia status & ordo nutabit, si, quod requiritur in Corpore, non inveniatur in Capite*: si inter primas ejusque Reipublicæ sollicitudines sit, oportet, ad invenire vel definire modos, quæ boni Præsules constituantur; uti memorata Synodus in *cit. l. graviter expendit, dum nihil ad DFI gloriam & populorum salutem utilis fieri posse, confitetur, quam si boni Pastores & Ecclesiæ gubernandæ idonei promoveantur.*

Collectorem Decretalium imitatus, post absolutum Jus Legale, subnequumq; (per parenthesis) Jus Præscriptionis, Modos acquirendi Prælaturas quanto cyus assumo tractandos; & quia mortalium conditio non finit, immortales esse Prælatos; occasione *Tit. IX. de Renuntiatione* Modos amittendi Prælaturas adjungo.

CAPUT I.

De Electione.

Inter Modos acquirendi Prælaturas Ecclesiasticas in *Tit. V.* hujus libri *Postulationi* locus primus tribuitur. Sed si præstantiam, frequentiam & utilitatem *Electio* & *Postulationis* inter se æquâ lance pensemus, primatum *Electio*ni, non *Postulationi*, deberi, causæ merita & momenta volunt. Quæ ratio fuit, quòd primus huius tractationis *Caput Electio*ni sit dicatur; vel ideò longiori manu, quam Capita sequentia, deducendum, quia reliqui, Prælaturas Ecclesiasticas acquirendi Modi, plurima cum *Electio*ne habent communia.

SEC-

SECTIO I.

De Natura & Origine Electionis.

SUMMARI.

1. Etymon Electionis. 2. Illius acceptio moralis.
3. Et juridica. 4. & seqq. Quæ rursus pariter diversas significationes. 7. Descriptio Electionis. 8. Est assumptio. 9. Unius persona.
10. Idonea. 11. & seqq. Ad Prælaturam vacantem. 13. Electio Præpositorum aut Deanorum Cathedralium non est talis in rigore.
14. Nec Electio Coadjutoris perpetui. 15. & seqq. Electiores debent habere vocem activam.
17. Electio canonicè est faciendâ. 18. & seqq. Electio Summi Pontificis est ex Jure Divino. 31. & seqq. Primum argumentum dissolvitur. 34. & seqq. Secundum enervatur. 38. Tertium diluitur, & explicatur cap. 1. VIII. q. 1. 43. & seqq. Electio reliquorum Prælatorum est Juris Ecclesiastici.

§ I.

Quid Nominis sit Electio?

1. **E**lectio, si nominis derivationem attendamus, ab eligendo seu feligendo appellata, denotat unius rei ex pluribus delectum, arg. vrb. & text. ff. de Opt. vel elect. leg. & cap. in alternativis 70. de R. F. in 6.
2. Considerari potest vel moraliter, vel Juridicè. Considerata moraliter dicit voluntariam optionem unius mediæ præ alio ex consilio precedentis, prout ad mentem Aristotelis 3. *Ethic. cap. 3.* Eminentissimus Commentator D. Josephus Saenz Card. de Aguirre in sua *Philosophia Morali* explanat. Juridicè considerata rursus aliam acceptionem in Jure Civili, aliam in Jure Canonico sortitur. In Jure Civili Electio significat optionem unius rei, commercio humano subjectæ, ex pluribus; uti si legatarius unum ex pluribus equis, indeterminatè cum optione sibi legatis, quem magis æstimat, petat per *l. divus 1. l. quoties 2. l. Schyphi 4. ff. de Opt. vel elect. leg.* aut si debitor alternativus, qui vinum Aultriacum vel Tyrolenseolvere ex contractu tenetur, Aultriacum solvat juxta *cit. cap. in alternativis 70. de R. F. in 6. l. plerumque 10. §. ult. in fin. ff. de Jure Dot.* In Jure Canonico indigitat assumptionem unius personæ ex pluribus ad Ecclesiam vacantem. Et in hoc sensu
4. Triplex iterum Electionis significatio est; latissima, strictior, strictissima. Latissima est, quæ Electio quemvis modum acquirendi dignitatem Ecclesiasticam, sicut & Postulationem, & Nominationem & Collationem comprehendit; quòd præstant textus in *cap. bona memoria 3. de Postulat. cap. querelam 4. cap. cum Ecclesia 31. h. t. de Elect. cap. nobis fuit 25. de Jure Patronat.* quia videlicet, quicumque assumendi modus ad Ecclesiasticam munera recipitur, semper verè dicitur, quòd assumptus præ aliis electus existat. Petrus Passerin. *tract. de Elect. cap. 1. quæst. 2. n. 25.* Strictior significatio est, quæ Electio solam equidem vocationem personæ idoneæ, per suffragia Collegii celebratam, designat, sed simul ad quæcunque beneficium Ecclesiasticum extenditur. Et huc pertinet *cap. audam 22. h. t. ubi proponitur Electio* cujusdam Præpositi Colocenensis, vel (ut accuratius legendum existimat Gonzalez in *not. ad d. cap. n. 2. & 3.*) Colonienis Ecclesiæ, atque de illa, sicut de aliis Electionibus, disponitur. Hostiensis in *Summa h. t. n. 1.* noster Petrus de Murgain *tract. de Benefic. quæst. 3. sess. 3. art. 2. n. 114.* Clariss. P. Wiefner *ad h. t. n. 1.* Strictissima significatio est, quæ per Electionem intelligitur sola assumptio personæ idoneæ ad Prælaturam Ecclesiasticam viduatam & vacantem, per suffragia Collegii facta. Authores citati. Rota Rom. in *recent. 10. 2. dec. 317. n. 39.* In hac

§ II.

Quid Rei sit Electio?

2. **E**lectio ex communi definitione describitur, quòd sit assumptio personæ idoneæ ad Prælaturam Ecclesiæ viduatæ per eos, qui jus suffragii habent, Canonicè facta.
3. Dixi I. *assumptio*. Ut subnecterem genus, seu rationem communem, in qua Electio cum aliis acquirendi modis convenit. Authores quidam utuntur vocabulò *vocationis*; aliiq; vocabulò *provisionis*; nonnulli vocabulò *promotionis*. Sed differunt in solo vocabulo; recipi consentiunt; præterquam quòd *promotio*, ex opinione Illustr. D. Christiani ab Iling p. m. in *tract. politico-jurid. de Promot. honor. cap. 1. n. 6.* minus convenienter Electioni ad-

pretur: cum Electio de summis plerumque dignitatibus & beneficiis; promotio verò tantum de ministeriis, ad Superiorum obsequium institutis, capiatur.

Dixi II. *persona*, in numero videlicet singulari, non plurali. Sic enim Electionem à Nominatione vel Præsentatione distinxit: cum per Electionem una duntaxat persona; per Nominationem vel Præsentationem autem duæ vel plures assumantur *cap. quòd autem 5. cap. cum autem 24. de Jure Patronat.* Fagnanus in *cap. bona memoria de Postulat. num. 68. & seqq.* Layman in *quæst. Canon. de Prælat. Ecclesiast. Elect. cap. 2. q. 14. & 16.* Clariss. D. Joannes Pp 3 Georg.

Georg. Spengler in *differtat. de Processu Canon. Elect. cap. 1. n. 9. & 10.*

10 Dixi III. idonea. Quæ notâ Electio discriminatur à Populatione: dum per hanc persona idonea, hoc est, impedimentò Canonico ligata; per illam persona idonea, id est, omni impedimentò libera, ad solum Ecclesiasticum evehitur. Clariss. D. Collega Franciscus Ignatius de Wolleren *Quaest. Oenipont. 5. n. 4.* ubi plures alias differentias Electionem inter & Postulationem adornat.

11 Dixi IV. ad Prælatum Ecclesie viduata. Ut repetere, quòd juxta *num. 7.* Electio in strictissima significatione solum habeat locum in Prælatibus & Ecclesiis, quarum Rectores sunt sponsi, vel quasi-matrimonium spirituale vel quasi-habentes, adeò ut post illorum obitum Ecclesia instar viduæ sub sponso orbata censetur per *cap. ne pro defectu 41. h. t. in princ. ibi: ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis Ecclesia NB. Viduata grave dispendium patitur &c.* Eruditè Gonzalez ad *d. cap. in not. n. 2.*

12 Unde in solis Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus, quarum Superiores Jurisdictionem Ordinariam in subditos suos adepti sunt, ac cum Ecclesiis spirituale matrimonium vel quasi-contrahere noscuntur *d. cap. ne pro defectu, ibi: ultra tres menses Cathedralis Ecclesia vel Regularis Prælati non vacet &c.* locum invenit Sylvester V. *Electio 2. n. 2. & 3.*

13 Quòd si in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus Præpositi vel Decani per Electionem assumantur, erit Electio in strictiori significatione, nec præscripta de Electione cum omni-

modo rigore servari debebunt. P. Pirhing ad *h. t. n. 1.* P. Petrus de Murga *cit. loc. n. 115. & seq.* Clariss. P. Wiefner *ib. n. 4.* Clariss. P. Guethrath. in *Porta Honoris cap. 1. §. 1. n. 14.* Rota Rom. in *rec. p. 6. dec. 289. n. 8. dec. 244. n. ult.* Quòd si etiam contingat, ut, vivente Prælatò, quis prius in Coadjutorem cum spe certæ successione eligatur, neque tunc Electionis forma accuratè debet attendi: dependet enim admissio hujusmodi Coadjutoris à Gratia S. Pontificis, qui solum Capituli consensum non alium in finem exposcit, nisi ut certificetur de animo & affectu Capitularium, uti discurrebat Card. de Luca de *Regular. dist. 57. n. 14.*

Dixi V. per eos. Ubi subiectum activum Electionis (seu Electores) assignatur; & simul indicatur, Electionem, velut actum Universalitatis, non posse celebrari nisi vel per plures, Universalitatem constituentes; vel saltem per unum, per quem Universalitas repræsentatur *arg. cap. cum in cunctis 1. de his que sunt à majori part. Capit. cap. cum olim 12. in fin. de Senent. & rejudic. cap. quia propter 42. h. t. ibi: aliquibus viris idoneis committitur &c.* P. Guethrath *cit. l. n. 8.*

Dixi VI. qui sui suffragii habent, intelligit activi. Nam ad hoc, ut Electio ritè peragatur, non sufficit, aliquem esse de Collegio vel Ecclesia viduata; sed insuper requiritur, ut actu vocem activam & facultatem eligendi habeat, prout in *seq. sect. paulò largiùs explicabitur.*

Dixi VII. Canonice facta, quòd idem est, ac 17 juxta formam & normam, à SS. Canonibus præscriptam, de qua pluram *sect. 4.*

§. III.

Cuinam Juri suam originem Electio debeat?

18 Sive, ut aliis terminis hanc questionem efferram: utrum Divinò, an potius humanò jure Electio quoad Prælaturas Ecclesiasticas introducta fuerit? Cujus questionis utilis in eo cernitur, quòd exinde decidi debeat: possint à Summo Pontifice Electio vel in totum vel ex parte aboleri? Alii simpliciter affirmant; alii simpliciter negant. Ego distinguendum æstimo inter Summum Pontificatum, & Prælaturas inferiores, &

19 Dico I. Electio respectu Summi Pontificatus est Jure Divinò introducta. Ita Barbofa *L. E. V. lib. 1. n. 41.* Passerius de *Elect. cap. 1. quaest. 1. n. 13.* Fagnanus in *cap. accepimus 5. de Past. à n. 29.* P. Guethrath *cit. l. §. 2. n. 5.* Inclinat in hanc sententiam D. Collega de Wolleren *Quaest. Salisburgens. 6. sect. 1. n. 14.* contra Dualium, Bonaciam, Turrianum, & plures, quos nominat Barbofa *cit. l. n. 39.*

20 Probatur I. Summus Pontificatus quoad primævam sui institutionem est Juris Divini. Ergo etiam medium & modus ad Summum Pontificatum ascendendi est Juris Divini. Anteced. supponitur à Catholicis; docetur in Scriptura *Matth. 16. & Joan. 21.* traditur à SS. Canonibus in *cap. si Romanorum 1. cap. sic omnes*

2. cap. enim verò 4. Dist. 19. cap. in novo 2. cap. quamvis 3. Dist. 23. cap. omnes 1. cap. sacrosancta 2. Dist. 22. cap. cum ad verum 6. Dist. 96. cap. sollicita 6. §. præterea de M. & O. Extrav. unam sanctam 1. eod. inter commun. Conseq. 21 patet: quia, institutò Pontificatu Summò, tanquam sine, dubiò procul etiam modum ascendendi ad Pontificatum, tanquam medium, à DEO institutum esse, credendum est. Jam verò inter modos Petri Cathedralam conficiendi non alius erat aptior & rectior, quam Electio. Ergo Electionem S. Pontificis ipse DEUS ordinavit.

Quòd autem alius modus non fuerit aptior & rectior, sic demonstratur. Neque Collatio neque Adoptio, neque Successio conveniunt præsentis Ecclesie statui. Nam Collatio supponit altiore potestatem, qualis supra Pontificatum in orbè non reperitur *cap. nunc autem 7. Dist. 21. cap. rogatus 15. cap. cum beatissimus 16. XXIV. q. 1.* Supponit quoque in conferendo est; cum tamen in S. Pontificem non ab homine sed DEO Jurisdicção conferatur *cap. in nomine 1. Dist. 23. cap. licet 6. in fine h. t. cap. novis. 13. de Judic. Adoptio, præterquam quòd 24*

naturam hæreditariæ successione habere videatur; insuper in Papatu nequit ex eo procedere, quia sic fieri deberet à Pontifice vivente, vel ut adoptatus in consortium Potestatis admitteretur; vel ut mortuo demum Pontifici, Coadjutorem instar, succederet. Atqui ejusdem Ecclesie duo Supremi Pastores esse nequeunt, uti nec duo ejusdem Regni Reges; nec duo ejusdem Firmamenti Soles.

Jurisdicção quoque Pontificis, cum in persona ipsius radicata sit, nequit ab ipso in successorem transferri per *cap. ubi periculum 3. de Elect. in 6. Clem. ne Romani 2. in pr. eod.* Alioquin non à DEO, sed homine proveniret contra *d. cap. novis 13. de Judic.* & textum in *cap. plerique 5. VIII. q. 1.* ubi Patres in Synodo Romana substitutiones & adoptions Sacerdotum propterea damnasse referuntur, quia, *que DEI sunt, ab homine dari non possunt.* Successio denique, cum puritati & continentie Clericali, ad nostra usque tempora in Hierarchia Ecclesiastica continuatæ, repugnet; neque sanguini principatus in populis, sed *vita descendens sic cap. Moyses 6. d. VIII. q. 1.* sanè non tantum à Summo Sacerdotio, verum etiam ab inferioribus ministeriis procul arcenda est, ne, quod in Synodo Romana sub Hilario PP. conscripti quondam deplorarunt, rursus eveniat, ut *Episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non Divinum munus, sed hæreditarium esse compendium, existimetur; & scintille caducas atque mortuales, ita Sacerdotium velut legatorum aut testamentariorum jure posse dimitti, credatur.* Confer Gonzalez ad *cap. ut nullus de clero 1. de Præbend. n. 5. & 16.* Cum ergo nullus alius modus inveniat, per quem ad apicem Romanæ Ecclesie quis sublimetur, quam Electio, illa creditur à DEO fuisse præcepta.

27 Promovetur & confirmatur argumentum. Non est salubrior, utilior, & suavior via ad Ecclesiasticum Principatum, Electione. Nam imprimis, ut sapienter olim Imperator Galba peroravit; *generari & nasci à Principibus fortuitum; nec ultra æstimatur: adaptandi (eligendi) judicium integrum; & si velis eligere, consensu monstratur.* Tacitus *lib. 1. histor. cap. 16.* Quoties enim accidit, ut Heroum filii sint noxæ, atque ex Antonio Imperatore Philosopho filius planè Republice incommodus Commodus; aut ex Sapientissimo quòdam Carolo ignavus aliquis Wenceslaus, nascatur? Clariss. D. de Wolleren *41. n. 10.* Deinde Electio magis electum eligentibus, & eligentes electo conciliat, dum plerumque ardentius diligimus, quod ipsimet libere seligimus; ac gratior est pastor, qui non invitè sed volentibus ovibus constituitur. Ut verò dixerit Plinius *pænegr. cap. 7.* imperatoribus omnibus eligi debet ex omnibus. Ergo non aliam, quam Electionis, viam ad Apostolatùs culmen parasse, Divina Sapientia credenda est, utpotè que alias omnia non tantum fertur sed & suscipit disponit.

29 Probatur II. Quod ab excessu D. Petri ad nostra usque tempora sanctissime servavitur

Ecclesia, id non humanò ingenio, sed Divinò judicio ordinatum esse, piè credendum est: continuata quippe tot sæculorum observantia vim traditionis, aut (si lubet clarius dicere) vim habet promulgationis, quæ Lex anterior & antiquior sit omnibus palam: quòdve non minus Verbum DEI Traditum, quam scriptum retinendum & credendum sit, non ita pridem pluribus & exquisitis argumentis contra Sectarios ostendit Clariss. D. P. Cælestinus Pley in *Basi Universalis Theol. part. 2. quaest. prelim. per tot.* Sed ab excessu D. Petri ex hoc mundo ad cælestem patriam nullum alium modum in designando Supremo Capite observavit Ecclesia, quam Electionem, prout testes omni exceptione superioris affirmant Barbofa *cit. lib. 1. num. 38.* Gonzalez ad *cap. licet 6. h. t. n. 11. & 12.* & plurimi, ab his relati. Ergo piè credendum est, hunc morem non ab Ecclesia primitivè inventum, sed à Divino dictamine ordinatum fuisse.

Obijcies I. Quod in Sacris paginis non expressè scriptum, non est Jure Divinò præceptum. Sed Electio S. Pontificis non extat in Sacris paginis scripta. Ergo &c.

Resp. I. hoc argumentum non esse Catholicum: quia, quæ tradita sunt ab Ecclesia, etiam pro Divinis præceptis agnosenda sunt, uti nuperrimè notavi in *tract. 1. de Jure Legalis cap. 3. num. 52. & cit. loc.* demonstrat laudatus Clariss. D. P. Pley.

Resp. II. licet directè non habeatur scriptum in Evangelio, quòd visibile Caput Ecclesie per Electionem sit nominandum; haberi tamen indirectè & per evidentem consequentiam. Dum enim ex *num. 20.* primum Ecclesie in Petro & illius successoribus fundavit Increata & Incarnata DEI Sapientia, debuit quoque determinare medium, quò primatus ille per non interruptam Pontificum successione stabiliretur. Hoc autem medium ex *num. 22.* est Electio, utpotè quæ statui Ecclesie conformior, utilior, & acceptior est. Ergo &c.

Obijcies II. Quod in Veteri Lege servatum est, figura erat illius, quod in lege Nova servandum est. Atqui in Lege Veteri Sacerdotium hæreditariò jure ex Aaron ad filios ejus, & ceteros descendentes, debebatur, juxta illud *Exod. 19. v. 24. Aaron & filios ejus applicabis & illud Levitic. cap. 1. v. 8. & disponet filii Aaron;* item *cap. 3. v. 8. adolebant filii Aaron.* Ergo etiam in Lege Nova.

Resp. I. Moyse fuisse Sacerdotali munere functum juxta *Psalmum 98. v. 6.* ibi: *Moses & Aaron in Sacerdotibus ejus;* imò juxta D. Nazianzenum *orat. 22.* Sacerdotem Sacerdotum fuisse: quippe qui Aaronem & filios ejus in Sacerdotes inauguravit, ut patet ex *cap. 29. Exodi;* & tamen Sacerdotium in posteritatem Moyse jure successione non effectranslatum, ut constat ex *Levit. cap. 3. & quæ ibidem ad v. 1. col. 1. lit. B.* notat Cornelius à Lapide. Ergo, si argumentum ex antiquo Testamento ad Novum formare licet, inferre licebit, Sacerdo-

Georg. Spengler in *disserat. de Processu Canon. Elect. cap. 1. n. 9. & 10.*

10 Dixi III. idonea. Quæ notâ Electio discriminetur à Postulatione: dum per hanc persona idonea, hoc est, impedimentò Canonico ligata; per illam persona idonea, id est, omni impedimentò libera, ad solum Ecclesiasticum evehitur. Clariss. D. Collega Franciscus Ignacius de Wolleren *Quæst. Oenipont. §. n. 4. ubi plures alias differentias Electionem inter & Postulationem adornat.*

11 Dixi IV. ad Prælatum Ecclesia viduata. Ut repeterem; quòd juxta num. 7. Electio in strictissima significatione solum habeat locum in Prælatibus & Ecclesiis, quarum Rectores sunt sponsi, vel quasi - matrimonium spirituale vel quasi - habentes, adeò ut post illorum obitum Ecclesia instar viduæ suò sponso orbatâ censetur per cap. ne pro defectu 41. l. 1. in princ. ibi: ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis Ecclesia NB. Viduata grave dispendium patitur &c. Eruditè Gonzalez ad d. cap. in not. n. 2.

12 Unde in solis Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus, quarum Superiores Jurisdictionem Ordinariam in subditos suos adepti sunt, ac cum Ecclesiis spirituales matrimonium vel quasi - contrahere noncuntur d. cap. ne pro defectu, ibi: ultra tres menses Cathedralis Ecclesia vel Regularis Prælati non vacet &c. locum invenit Sylvester V. Electio 2. n. 2. & 3.

13 Quòd si in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus Præpositi vel Decani per Electionem assumuntur, erit Electio in strictiori significatione, nec præscripta de Electione cum omni-

modo rigore servari debebunt. P. Piring ad h. l. n. 1. P. Petrus de Murga cit. loc. n. 115. & seg. Clariss. P. Wiesner ib. n. 4. Clariss. P. Guetrath. in *Porta Honoris cap. 1. §. 1. n. 14.* Rota Rom. in *rec. p. 6. dec. 289. n. 8. dec. 244. n. ult.* Quòd si etiam contingat, ut, vivente Prælatò, quis pius in Coadjutorem cum spe certæ successione eligatur, neque tunc Electionis forma accuratè debet attendi: dependet enim admissio hujusmodi Coadjutoris à Gratia S. Pontificis, qui solum Capituli consensum non alium in finem exposcit, nisi ut certificetur de animo & affectu Capitularium, ut discurre. Card. de Luca de *Regular. disc. §. 3. n. 14.*

Dixi V. per eos. Ubi subiectum activum Electionis (seu Electores) assignatur; & simul indicatur, Electionem, vel actum Universalitatis, non posse celebrari nisi vel per plures, Universalitatem constituentes; vel saltem per unum, per quem Universalitas representatur arg. cap. cum in cunctis 1. de his qui sunt à majori part. Capis. cap. cum olim 12. in fin. de Sentent. & rejudic. cap. quia propter 42. l. 1. ibi: aliquibus viris idoneis committantur &c. P. Guetrather cit. l. n. 8.

Dixi VI. qui jus suffragii habent, intelligi 16 activi. Nam ad hoc, ut Electio ritè peragatur, non sufficit, aliquem esse de Collegio vel Ecclesia viduata; sed insuper requiritur, ut actu vocem activam & facultatem eligendi habeat, prout in *seg. sect. paulò largius explicabitur.*

Dixi VII. Canonice facta, quod idem est, ac 17 juxta formam & normam, à SS. Canonibus præscriptam, de qua plurimò in *sect. 4.*

§. III.

Quinam Juri suam originem Electio debeat?

18 Sive, ut aliis terminis hanc questionem efficerem: utrum Divinò, an potius humanò Jure Electio quoad Prælaturas Ecclesiasticas introducta fuerit? Cujus questionis utilitas in eo cernitur, quòd exinde decidi debeat: possint à Summo Pontifice Electio vel in totum vel ex parte aboleri? Alii simpliciter affirmant; alii simpliciter negant. Ego distinguendum æstimò inter Summum Pontificatum, & Prælaturas inferiores, &

19 Dico I. Electio respectu Summi Pontificatus est Jure Divinò introducta. Ita Barbosa L. E. V. lib. 1. n. 41. Passerinus de *Elect. cap. 1. quæst. 1. n. 13.* Fagnanus in *cap. accepimus §. de Passi. n. 29.* P. Guetrather cit. l. §. 2. n. 5. Inclinat in hanc sententiam D. Collega de Wolleren *Quæst. Salisburgens. 6. sect. 1. n. 14.* contra Dualium, Bonacinam, Turrianum, & plures, quos nominat Barbosa cit. l. n. 39.

20 Probatur I. Summum Pontificatum quoad primævam sui institutionem est Juris Divini. Ergo etiam medium & modus ad Summum Pontificatum ascendendi est Juris Divini. Anteced. supponitur à Catholicis; docetur in Scriptura *Math. 16. & Joan. 21.* traditur à SS. Canonibus in *cap. si Romanorum 1. cap. sic omnes*

2. cap. enim verò 4. *Dist. 19. cap. in novo 2. cap. quatuorvis 3. Dist. 21. cap. omnes 1. cap. sacrosancta 2. Dist. 22. cap. cum ad verum 6. Dist. 96. cap. sollicita 6. §. præterea de M. & O. Extrao. unam sanctam 1. eod. inter commum.* Conseq. 21 patet: quia, institutò Pontificatu Summò, tanquam sine, dubiò procul etiam modum ascendendi ad Pontificatum, tanquam medium, à DEO institutum esse, credendum est. Jam verò inter modos Petri Cathedralis ascendendi non alius erat aptior & rectior, quam Electio. Ergo Electionem S. Pontificis ipse DEUS ordinavit.

Quòd autem alius modus non fuerit aptior 22 & rectior, sic demonstratur. Neque Collatio neque Adoptio, neque Successio convenit præsentis Ecclesiæ statui. Nam Collatio supponit altiozem potestatem, qualis supra Pontificiam in orbe non reperitur cap. nunc autem 7. *Dist. 21. cap. rogatus 15. cap. cum beatissimus 16. XXIV. q. 1.* Supponit quoque in conferen- 23 te jus, quod per collationem transferendum est; cum tamen in S. Pontifice non ab homine sed DEO Jurisdictio conferatur cap. in nomine 1. *Dist. 23. cap. licet 6. in fine l. 1. cap. novit. 13. de Judicis.* Adoptio, præterquam quòd 24 naturam

Quinam Juri suam originem Electio debeat?

naturam hæreditariæ successione habere videatur; insuper in Papatu nequit ex eo procedere, quia sic fieri deberet à Pontifice vivente, vel ut adoptatus in consortium Potestatis admitteretur; vel ut mortuo demum Pontifici, Coadjutorem instar, succederet. Atqui ejusdem Ecclesiæ duo Summi Pastores esse nequeunt, uti nec duo ejusdem Regni Reges; nec duo ejusdem Firmamentum Soles.

Jurisdictio quoque Pontificis, cum in persona ipsius radicata sit, nequit ab ipso in successorem transferri per cap. ubi periculum 3. de *Elect. in 6. Clem. ne Romani 2. in pr. eod.* Alioquin non à DEO, sed homine proveniret contra d. cap. novit 13. de *Judic.* & textum in cap. plerique 5. *VIII. q. 1.* ubi Patres in Synodo Romana substitutiones & adoptiones Sacerdotum propterèa damnasse referuntur, quia, quæ DEI 26 sunt, ab homine dari non possunt. Successio denique, cum puritati & continentie Clericali, ad nostra usque tempora in Hierarchia Ecclesiastica continuata, repugnet; neque sanguini principatus in populo, sed vita descendendi sit cap. Moyses 6. d. VIII. q. 1. sanè non tantum à Summo Sacerdote, verum etiam ab inferioribus ministris procul arcenda est, ne, quod in Synodo Romana sub Hilario PP. conscripti quondam deplorarunt, rursus eveniat, ut Episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non Divinum minus, sed hæreditarium esse contempnimus, existimetur; & sic vires caducas atque mortales, ita Sacerdotium velus legatorum aut testamentario jure posse dimiti, credatur. Confer Gonzalez ad cap. ut nullus de clero 1. de *Præbend. n. 5. & 16.* Cum ergo nullus alius modus inveniat, per quem ad apicem Romanæ Ecclesiæ quis sublevetur, quam Electio, illa creditur à DEO fuisse præcepta.

27 Promovetur & confirmatur argumentum. Non est salubrior, utilior, & fluavior via ad Ecclesiasticum Principatum, Electione. Nam imprimis, ut sapienter olim Imperator Galba peroravit: generari & nasci à Principibus fortuitum; nec ultra affirmatur; adoptandi (eligendi) judicium integrum; & si velis eligere, consensu monstratur. Tacitus lib. 1. *hystor. cap. 16.* Quoties enim accidit, ut Herorum filii sint noxæ, atque ex Antonio Imperatore Philosopho filius planè Reipublicæ incommodus Commodus; aut ex Sapientissimo quodam Carolo ignavus aliquis Venceslaus, nascatur? Clariss. D. de Wolleren d. l. n. 10. Deinde Electio magis electum eligentibus, & eligentes electo conciliat, dum plerumque ardentius diligimus, quod ipsimet libere seligimus; ac gratior est pastor, qui non invitus sed volentibus ovibus constituitur. Ut verè dixerit Plinius *panegyr. cap. 7. imperatorum omnibus eligi debet ex omnibus.* Ergo non aliam, quam Electionis, viam ad Apostolicum culmen parasse, Divina Sapientia credenda est, utpote que alias omnia non tantum fortiter sed & suaviter disponit.

28 Probatur II. Quòd ab excessu D. Petri ad nostra usque tempora sanctissime servavitur Ecclesia, id non humanò ingenio, sed Divinò iudicio ordinatum esse, sic credendum est: continuata quippe tot seculorum observantia vim traditionis, aut (si lubet clarius dicere) vim habet promulgationis, quæ Lex anterior & antiquior sit omnibus palam: quòdve non minus Verbum DEI Traditum, quam scriptum retinendum & credendum sit, non ita pridem pluribus & exquisitis argumentis contra Sectarios ostendit Clariss. D. P. Cælestinus Pley in *Basi Universa Theol. part. 2. quæst. prælim. per tot.* Sed ab excessu D. Petri ex hoc mundo ad cælestem patriam nullum alium modum in designando Supremo Capite observavit Ecclesia, quam Electionem, prout testes omni exceptione superiores affirmant Barbosa cit. lib. 1. num. 38. Gonzalez ad cap. licet 6. h. l. n. 11. & 12. & plurimi, ab his relati. Ergo pie credendum est, hunc morem non ab Ecclesia primitivò inventum, sed à Divino dictamine ordinatum fuisse.

Objicies I. Quòd in Sacris paginis non expressè scriptum, non est Jure Divinò præceptum. Sed Electio S. Pontificis non extat in Sacris paginis scripta. Ergo &c.

Resp. I. hoc argumentum non esse Catho- 32 licum: quia, quæ tradita sunt ab Ecclesia, etiam pro Divinis præceptis agnoscenda sunt, uti nuperimè notavi in *tract. 1. de Jure Legalis cap. 3. num. 52. & cit. loc.* demonstrat laudatus Clariss. D. P. Pley.

Resp. II. licet directè non habeatur scriptum in Evangelio, quòd visibile Caput Ecclesiæ per Electionem sit nominandum; haberi tamen indirectè & per evidentem consequentiam. Dum enim ex num. 20. primatum Ecclesiæ in Petro & illius successoribus fundavit Increata & Incarnata DEI Sapientia, debuit quoque determinare medium, quòd primatus ille per non interruptam Pontificum successione stabiliatur. Hoc autem medium ex num. 22. est Electio, utpote quæ statui Ecclesiæ conformior, utilior, & acceptior est. Ergo &c.

Objicies II. Quòd in Veteri Lege servatum 34 est, figura erat illius, quod in lege Nova servandum est. Atqui in Lege Veteri Sacerdotium hæreditario jure ex Aaron ad filios ejus, & cæteros descendentes, deferrebat, juxta illud *Exodi 19. v. 24. Aaron & filios ejus applicabis* & illud *Levitici cap. 1. v. 8. & disponet filii Aarons* item cap. 3. v. 8. *adolebunt filii Aarons.* Ergo etiam in Lege Nova.

Resp. I. Moyses fuisse Sacerdotali mune- 35 re functum juxta *Psalum 98. v. 6. ibi: Moyses & Aaron in Sacerdotibus ejus;* imò juxta D. Nazianzenum *orat. 22.* Sacerdotem Sacerdotum fuisse: quippe qui Aaronem & filios ejus in Sacerdotes inauguravit, ut patet ex cap. 29. *Exodi*; & tamen Sacerdotium in posteritatem Moysis jure successione non esse translatum, ut constat ex *Levit. cap. 3. & quæ ibidem ad y. 1. col. 1. lib. B. notat Cornelius à Lapide.* Ergo, si argumentum ex antiquo Testamento ad Novum formare licet, inferre licebit. Sacerdo-

cerdotium Summum jure sanguinis non esse deferendum.

36 Resp. II. cum Gonzalez *cit. ad cap. 1. de Præbend. num. 11.* multum interesse inter Sacerdotium Legis Gratiæ & Legis Veteris: nam Vetus ille DEI populus nullò aliò signò, quàm sanguinis, agnoscitur: solum enim adscribentur sub dominica militia, qui ex Jacob originem ducebant: in populo autem novo non sanguis militem Christi designat, sed sine ulla personarum acceptione omnes mundi nationes per baptismum Christi regenerantur: quò sensu D. Paulus ad *Galar. 3. v. 28.* scripsit:

37 non est Judæus neque Græcus. Inde in Legge Veteri Sacerdotes uxores & filios habebant, ad quos Sacerdotium jure sanguinis transmittēbatur. In nostra autem Legge Gratiæ nihil carnale Sacerdotibus permittitur: idè Electio potius quàm successio admittitur. Hæc tamen ferè Gonzalez. Adde, in Testamento Novo perfectiora & expeditiora præcepta à DEO fuisse condita, quàm in antiquo: idè nil mirum esse, quòd jam Electio vigeat in Ecclesia; licet olim successio invaluerat in Synagoga.

38 Officium III. Adoptio ad Summum Ecclesiæ Prælatum jam semel obtinuit, & jure quidem: nam à S. Petro D. Clementem adoptatum fuisse, ac pro Successore destinatum, referre & probat Joannes III. in *cap. si Petrus 1. VIII. q. 1.* Ergo hodie fieri poterit: cum nemo melius sciverit, quòd ratione assumptio S. Pontificis celebranda sit, quàm primus ab ipso DEO constitutus Pontifex, Petrus.

39 Resp. I. ingens adhuc dubium versari: sitne epistola Joannis III. quam in *cit. cap. si Petrus* recitat Gratianus, ab ipsòmet Joanne, vel apocryphà manu conscripta? Dubium quoque inter ipsos SS. Patres haberi: an Clemens immediatè Petro, an verò Linus Petro, Lino Cletus, Cletus primùm Clemens successores, juxta notum Vericulum Glossæ in *cit. cap. si Petrus & Clementem.*

Disputat hic mundus, quartus, fueritve secundus.

40 Ecclesia tamen Catholica cum D. Augustino, Milevitano, Ignatio, Irenæo, Eusebio, Nicephoro, &c. hucusque sensit, ac Clementem quartum à B. Petro Pontificem extitisse, credit, dum in Canone Missæ Clementem post Linum & Cletum recenset. Conferantur Barhofa in *collectan. ad cit. cap. si Petrus & Gonzalez ad cit. cap. 1. de Præbend. n. 16.*

41 Resp. II. si factum Petrica habeat, ut asseritur, id nec improbandum, nec imitandum esse: quandoquidem singulari Divinæ inspirationis impulsu motus, non sua auctoritate, sed Numinis voluntate Clementem sui Officii hæredem nuncupavit: alias sine Cæteris Apostolicis consensu non deputaturus Pontificem, qui nequidem absque consensu Apostolorum Sanctum Mathiam in Collegium Apostolo-

rum recepit. Glossa in *cap. si transfusus v. non potuit Dist. 79.* Gonzalez *cit. l.*

Resp. III. denominationem, quam Apostolorum Princeps fecisse dicitur, non tam substitutionis quàm commendationis nomen mereri, adeò ut D. Petrus, quem Spiritu sancto pleni sciebant universi fideles, de successore sibi denominandò quaesitus, nullum digniorem & aptiorem esse responderit, Sancto Clemente; qui, licet ad excellens Petri testimonium à Clero & populo expetitus fuerit, attamen vel demissionis servandæ, vel sequioris exultationis evitandæ studio, noluit in sui Electionem consentire. P. Wiestner ad *b. t. num. 348.* cum Authoribus, antea relatis.

Dico II. Electio, quoad Prælatum Papatu inferiori, Juri Ecclesiastico suam originem debet. Passerinus *cit. cap. 1. q. 1. num. 15.* Fagnanus ad *cap. nullus 1. b. t. n. 13.* P. Guérathier *d. cap. 1. §. 2. num. 16.* cum sententia communissima contra Ferretum *conf. 305. n. 9.* Ratio est I. quia, præter Ecclesiam Romanam, nullam immediatè à DEO, sed omnes à SS. Pontificibus er. ctæ, & confirmatæ sunt *cap. omnes 1. Dist. 22. cap. nubes 1. Dist. 80. cap. provincia 1. Dist. 99. cap. cum ex illo 1. de Translat. Episc. cap. sicut unire 8. de Excess. Prælat.* Ergo etiam modus providendi hujuscemodi Ecclesiis à SS. Pontificibus est introductus: sicut enim ab eorum arbitrio pendebat, ipsas Ecclesias insituere, ita & modum providendi determinare.

Ratio est II. quia in Regimine Monarchico, quale est Ecclesiasticum, creatio Magistratum, est unum ex Regalibus majoribus, ad solum Summum Principem spectantibus. Illustr. D. ab lling. *laud. tract. de promot. honor. cap. 2. n. 1. Clariss. D. Joannes Balthasar Braun tractat. de Magistratu cap. 4. §. 1. num. 1.* Besoldus de *Jur. Magistr. cap. 3.* Atque assumptio Prælatorum ad Ecclesiasticas Dignitates est creatio Magistratum, seu Judicium, ordinariâ potestate Ecclesiasticâ fulgentium. Ergo ad solum Summum Principem Ecclesiasticum pertinet.

Ratio est III. quia à prima exurgentis Ecclesiæ ætate, ad præsens usque sæculum, Ecclesiis, Romanâ inferioribus, diversâ omninò ratione & formâ provisi sunt, modò liberâ S. Pontificis Collatione; jam Regum & Principum Nominatione; subinde vel solius Cleri, vel Cleri & populi Electione; veluti in sequentibus dilucidabitur. Ergo, quòd hòc vel illò modò, Collatione, Nominatione, vel Electione quis evebatur ad Prælatum Ecclesiasticum, Juri Ecclesiastico debet adscribi. Ex quo

Colliges: Reservationes, quas circa Beneficia & Dignitates Ecclesiasticas diversi fecere Pontifices, neutiquam potestati Pontificiæ repugnare: cum, ut dictum, Ratio & forma providendi Juri Ecclesiastico, ejusque Conditori tribuenda sit.

47. Electionis status olim diversus erat. 48. & seqq. Admittēbatur populus. 52. & seqq. Per modum optantis aut nominantis. 58. & seq. Postea non amplius ex gravibus causis admissus. 60. Eligēbant Clerici & Religiosi. 61. Rursus Clerici suos, & Religiosi suos eligēbant Prælatos. 62. & seqq. De tempore, quòd populus ab Electione fuit exclusus, DD. non conveniunt. 66. & seq. Electio de hodierno Jure competit Ecclesia viduata Capituli. 68. Ex privilegio Pontifici etiam Laici possunt eligere. 69. & seq. Ex præscriptione Clerici extranei. 71. Uti etiam ex consuetudine. 72. & seqq. Nec non speciali & unanimi concessione Capituli. 79. & seq. Pro una vel altera vice. 81. & seq. Item ex fundatione. 83. & seqq. Aliqui possunt eligere jure devoluto. 86. & seqq. Ubi non totum Capitulum admittit culpam aut negligentiam, pars innocens, etiam minor, eligi. 90. & seqq. Si verò totum Capitulum sit culpofum aut impediatum, jus eligendi devolvitur ad immediatum Superiorem. 93. & seqq. Explicatur cap. 18. h. t. in 6. & concordatur cum cap. 12. de Concess. præb. 96. In Ecclesiis Cathedralibus & exemptis hodie devolvitur ad S. Pontificem. 97. & seqq. Electio post casum devolutionis est irrita. 100. & seqq. Absentes possunt procuratorem ex Capitulo deputare. 104. & seq. Si legitime sint impediti. 106. & seq. Et quidem unum aut plures. 108. & seqq. Procurator mandati fines diligenter cu-

stodire tenetur in consignando voto. 111. & seq. Generalis non potest subdelegare, sed specialis. 113. Ille potest compromittere, non iste. 114. Ille, non iste, variare potest. 116. & seq. Non revocatur mandatum in effectu, nisi procurator habuerit notitiam. 118. & seqq. Votum ab absente potest dari in literis, non autem per literas. 122. & seq. Si per collusionem presentes nolint agere procuratorem, absentes impugnaverè possunt Electionem. 124. Procurator indiget speciali mandato ad jurandum. 125. & seqq. Discutitur questio, an Procurator generalis possit eligere suum principalem? 129. & seqq. Aliqui prohibentur eligere propter carentiam rationis. 132. Morbum. 133. Etatem. 134. & seqq. Defectum Ordinis Subdiaconatus. 140. & seqq. Excommunicationem majorem. 145. & seqq. Suspensionem ab Officio vel interdictionem personalem. 149. & seq. Ubi tamen observanda Extravag. Martini V. 151. & seqq. Irregularitas non ponit impedimentum. 154. & seqq. Sed abusus potestatis secularis. 158. Et infamia Juris. 159. De aliis impedimentis remissivè. 160. & seqq. Discutitur, an & quando privato vocis activa propter delictum ab Electione repellat? 163. & seqq. Ostenditur, quòd is, qui in qualificatione juris eligendi existit, non possit excludi, licet pendente. 173. & seqq. Ventilatur questio, an & quando valeat Electio, simul ab habilibus & inhabilibus celebrata?

§. I.

Quibus ordinariò Jure facultas eligendi competat?

47. Diximus in num. 13. Electionem esse actum Universitatis; adeoque causam efficientem, seu Electores, tacitè insinuavimus, quòd nempe Electionem faciant, seu jus eligendi habeant, qui sunt de Universitate vel Collegio, in quo & pro quo facienda est Electio. Quia verò pro temporum varietate variis personis eligendi facultas erat indulta, juxta rem altius repetere, ac tempora inter se distinguere, ne aut confusio in Ecclesia fuisset, aut injuria cuiusdam irrogata videretur. Itaque

48. Primis Ecclesiæ sæculis, postquam Apostoli terram Cælo commutaverant, Ecclesiæ Prælatorum Electionibus æquè Clerus ac populus intererat. Probant hoc Eminentiissimi Cardinalis Sfondrati in *prælud. ad Regale Sacerdot. §. 1. num. 13.* Gonzalez ad *cap. Officius 2. b. t. n. 8.* Franciscus de Roye *Inst. Jur. Can. lib. 1. tit. 11.* Clariss. D. Joannes Georgius Spengler *rot. cap. 2. ex multifariis Conciliis & PP.* Probant frequentes & luculenti textus in *cap. plebs 11. cap. Episcopus 13. cap. lectis 18. cap. Metropolitanano 19. & passim Dist. 63.* Probant variæ congruentiæ; quarum prima: quòd populi non parum interit, habere Pa-

storem, quem ipsèmet elegerit: cum ex *cap. quod omnes 29. de R. F. in 6.* quod omnes tangit, ab omnibus approbari oporteat. Secunda: quòd major affectus inter oves & Pastorem excitari non possit, nisi & ovium & Pastoris mutua voluntas in munus Pastorale concurrat: cum ea, quæ non ipsimet eligimus vel ordinamus, non facile amemus. Tertia: quia summopere expedit, eligendorum vitam esse probatam populo, ne officio censente indignum, cuius merita discutere non potuit. Unde Apostolus in Episcopo non frustra desideravit, ut habeat testimonium bonum ab eis, qui foris sunt 1. ad Timoth. 3.

Putant equidem Vasquez, Bellarminus, Roussellius, Diana, quos referet Gonzalez *cit. l. num. 11.* populo tunc temporis pariformiter, atque Clericis, eligendi jus competitivè: eò quòd textus in citatis *cap. & aliis locis de Clericorum & Laicorum ad Electionem concursu pari stylo & tenore loquantur.* Verius tamen cum eodem Gonzalez, Cardinale Sfondrati *cit. n. 13. pag. m. 88.* Barhofa *J. E. V. lib. 1. cap. 8. n. 65.* Franciscus de Roye *Inst. Juris Canon. d. lib. 1. tit. 11. judico*, diversimodè

Electorem penes Laicos & Clericos extitisse, ita ut illis petio, postulatio, vel presentatio; itis Electio, optio, & confirmatio competierit. Idque constat aperte I. ex cap. nulla ratio 1. *Dist. 62.* ubi Leo Papa, nulla ratio, inquit, finit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec a Clericis sunt electi, nec a plebibus expectati, nec a provincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio conscrati. II. ex cap. nosse 12. *Dist. 63.* ubi Stephanus, Sacerdotum est, ait, Electio; & fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus est populus, non sequendus. III. ex cap. vota 27. *ead. Dist.* ubi rursus Leo asserit: vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, Electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum expectatur.

Neque movere debet in adversam partem, quod textus in *num. 48.* equaliter de Clericorum & Laicorum concurre ad Electionem differant. Nam etiam in Scriptura legimus, Pilatum, Turbas, Sacerdotes, & Milites Christum affixisse cruci, quin tamen eodem omnes modo crucifixi fuerant. Ergo tametsi in illis textibus reperitur, quod & Laici & Clerici ad Electionem convenerint, non tamen inferitur, quod eodem omnes modo, sed juxta *num. 53.* Clerici per Electionem in sensu strictiori; Laici vero in sensu laxiori.

Successerunt tempora, quibus populus ab Electione removeri cepit, partim consuetudine, partim expressis Legibus, cum Civilibus in *L. omnem adhibentes 42. in pr. & §. 8. Cod. de Episcop. & Cleric. Nov. 123. cap. 1. & Nov. 137. cap. 2.* tum Ecclesiasticis *cap. Officiis 2. cap. sacrosancti 51. cap. Messana 56. h. t.* Et hoc ex multiplici ratione contingit. I. quia, fidelium aucto numero, totus populus absque grandi difficultate & tumultu vix poterat convocari. II. quia discordiis ac partium studiis usque ad rixas & bellum credesque non semel scindebatur. III. quia vota plerumque ex favore & affectu, non merito & virtute, conferebantur. IV. quia potentiorum, qui Episcopatus aut sibi, aut suis affectabant, metu & praemis facile vincebatur; nec tam eligebar, quam vendebatur. Denique quia iudicium vulgi inconstans est & varium; & ideo vanæ populi voces non merentur audiri per textum opportunum in *L. ad vestias 31. ff. de Pœn. l. decurionum 12. §. 1. Cod. edd. Cardinalis Sfondrati cit. §. 1. num. 13. pag. 91.*

Eadem tempestate potestas eligendi Episcopos aliquamdiu penes Clericos & Religiosos totius Diocesis erat, ac Electio, exclusis Religiosis, instituta non valebat *cap. obventibus 37. Dist. 63.* Barbosa *cit. l. n. 68.* Gonzalez *ubi supra num. 9.* Postea Clerici a Religiosis separati sunt: hisque facultas eligendi suos Regulares Superiores; illis (& quidem solis Canonice Ecclesie Cathedralis) libertas eligendi Episcopos indulta est *cap. Abbas 2. cap. Abbatem 3. cap. Abbatem 4. XV. III. q. 2. cap. nullus in Ecclesia 1. cap. cum inter 18. h. t. cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de Causa possess. & propriet.*

Quoniam vero saculo jus eligendi Laicos ademptum, & in solos Clericos translatum sit?

Authores non conveniunt. Barbosa *cit. cap. 8. num. 67.* opinatur, id circa annum salutis 140. (quod tamen anno 347. habitum asserit Bard. in *Summa Concilio. rom. 1. pag. 182.*) in Sardinensi Concilio sub Julio I. factum esse, prout innuere videtur textus in *d. cap. Officiis 2. h. t. Alii ex adverso docent, Clerum ac populum Electionibus Episcoporum in Ecclesiis Occidentalibus adhuc saculo undecimo interfuisse; idque deducunt ex lib. 5. Epistol. 8. Gregorii VII. in qua præter alia, contra Episcopum Aurelianensem allegata obstacula, recensentur, quod legitimam aetatem non habens, contra Decreta Sanctorum Patrum, sine idonea Cleri & populi Electione Ecclesiam invaserit. Idipsum ex Epist. D. Bernardi 13. & 27. eruere conantur, quod nempe saculo duodecimo etiam in usu fuerint Electiones, cum assensu plebis celebratae.*

Fortassis hoc diffidum, factâ distinctione inter Jus commune & particulare, scriptum & non-scriptum, componi potest, dicendô Electionem Jure communi primitus circa quartum saculum populo fuisse prohibitam; Jure tamen particulari vel non-scripto penes populum in uno vel altero loco remansisse, aut jam ablatam postmodum ad unum vel plures, maxime Principes & Magnates, rediisse: quandoquidem memoratus Gregorius VII. in Synodo Romana circa annum 1078. usurpationem Laicorum in conferendis Prælatibus Ecclesiasticis severissime perstrinxit & præscripsit, veluti reseritur in *cap. si quis 12. XVI. q. 7. Pax Jordan Elacubrat. divers. lib. 1. tit. 1. m. 6.*

Posthæc Summi Pontifices jus eligendi ad motibus urgentibus ac se trahere, ac plerisque Prælatibus libera: suæ collationi reservare cœperunt, ut videre est in *Clement. in plerisque 5. h. t. Extravag. Sancta Romana 3. & Extravag. ex debito 4. ead. inter commun. Extravag. ad regimen 13. de præbend. inter commun. & sparsim in Regulis Cancellariae. Inde in pluribus Regnis varii tractatus cum S. Pontifice; & in Germania specialia Concordata ad Friderico III. Imperatore cum Nicolao V. Anno 1440. intercessere, quibus libera potestas eligendi Capitulis Ecclesiarum vacantium restituta fuit, manente tamen adhuc aliqua reservatione penes Pontificem, sicut in particularibus locis suo tempore notabitur.*

Itaque in nostra Germania viget libertas Electionis, eaque secundum Juris Communis sancita competit Capitulis tum Cathedralibus, tum Regularibus, jus Prælatum habentibus; adeo ut illi, qui de Corpore & Capitulo Ecclesie viduatae sunt, quoad facultatem eligendi suam intentionem in Jure fundatam habeant, ac contrarium afferenti probandi munus imponant *cap. ult. XVI. q. 7. cap. Abbas 2. cum 2. seqq. XVII. q. 2. cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de Causa possess. & propriet. cap. nullus 1. & passim h. t. Rota Rom. in rec. p. 19. rom. 2. decis. 518. n. 7.*

Cujus ratio est: tum quia, qui de gremio Ecclesie vacantis existunt, exactius eligendi merita & noscere & discernere possunt: tum quia salutem capitis membra ejusdem corpo-

corporis impensius amant, & ambiunt: tum quia firmiter pax & concordia speranda est, si subditi ipsimet Superiore sibi adfiscantur.

Gonzalez ad *d. cap. num. 6.* D. Spengler *disser. de process. Canon. Elect. cap. 3. n. 1.* P. Wiestner ad *h. t. n. 14.*

§. II.

Quibus ex Jure speciali facultas eligendi detur?

EX dictis in §. antecedente perspicuum evadit, ordinari & comuni Jure vocem activam, seu potestatem eligendi membris Collegii viduati concessam esse. Jure speciali potest Electio competere aliis extra Collegium I. ex privilegiis Summi Pontificis, qui sine dubio & ipso Laicos ad eligendum habiles efficere potest. P. Engel ad *h. t. n. 4.*

II. ex Præscriptione non quidem a Laicis (hi siquidem jurium spiritualium hodierno Jure incapaces redditii, prescribere nequeunt, quod possidere non possunt, argumentum eorum, quæ in *tract. II. de Præscr. cap. 4. n. 386. de Jure decimandi scripta sunt) sed a Clericis per tempus 40. annorum legitime continuatâ, juxta decisa in *d. tract. cap. 5. n. 587.* Quamquam inficis non iverim, Laicos in qualipossessione juris eligendi defendendos esse, si a tempore immemoriali Electionibus cum effectu adtulerint per ea, quæ *d. cap. 4. a num. 405. de Jure decimandi habentur.**

III. ex Consuetudine, quando v. g. in aliqua provincia diuturnis moribus est observatum, ut Episcopi Prælatorum Regularium Electionibus, aut Prælati Regulares Episcoporum Electionibus cum voto activo præsentis fuerint: talis enim observantia jus Consuetudinarium operatur *arg. cap. cum dilectus 8. de Consuetud. & cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de Causa possess. & propriet.*

IV. ex speciali Concessione. Enimvero si totum Capitulum unanimiter consentiat, potest aliquis extraneus Clericus ad colligendum admitti. Textus manifestus in *cap. scriptum est 40. h. t. ibi: si consiterit, minus convenisse consensu, quod ad electionem Patriarchæ septem admittentur Præpositi &c.* Item in *d. cap. cum dilectus & cap. cum Ecclesia &c.* Panormitanus, perpetram in contrarium allegatus in *cit. cap. cum Ecclesia num. 43. §. tertia solutio &c.* Laymann *Quæst. Canonice. de Elect. q. 19. resp. 3.* Engel ad *h. t. num. 1. §. III. ex unanimi &c.* Pirhing *ibid. n. 14.* D. Spengler *cit. cap. 3. n. 2.* Ratio est partim: quia extraneorum ad Electionem concursus, neque Ecclesie vacanti parat offendiculum, utpote cui magis expedit, plures habere electores, dum magis integrum est iudicium, quod plurium vocibus constat; neque Capitulo illius Ecclesie præjudicium imponit, cum volenti & consentienti non fiat injuria: partim quia Capitaliaribus expressè indultum est, quod compromittere possint in extraneos *cap. causam, que 8. h. t.* Ut adeo non appareat ratio, cur extraneos ad colligendum assumere nequeant.

Dissentit Passerinus de *Elect. cap. 3. q. 2. n. 34.*

& cum eo P. Petrus Leurenus in *Foro Benefic. part. 2. Sect. 2. cap. 2. q. 245.* unica ratione motus, quod jus eligendi ipsis Capitaliaribus non nisi ex consensu Papæ competat, nullique alteri competere possit, nisi cui Papa id concesserit. Sed infirma est hæc ratio. Nam eligendi jus à Summo Pontifice non ita Capitaliaribus est concessum, ut soli ipsi utantur, sed ita, ut & ipsi eligant, & si voluerint, alios admittere possint, per textus & rationes citatas. Maior forsitan ratio in oppositum staret ex eo, quod juxta dicenda in *num. 388.* non admittantur scrutatores extranei. Sed disparitatem suggerit Rota Rom. in *rec. p. 4. to. 3. dec. 574. n. 25.* quod Electores extranei censentur esse de Collegio; non autem scrutatores.

Dixi: *unanimes consensu.* Nam ita exigit textus in *cit. cap. scriptum 40. h. t.* & ratio: quia, ubi de singulorum interesse agitur, singulorum assensus exquiritur per *cap. quod omnes 29. de R. F. in 6.* Hic autem de singulorum interesse agitur; cum singulorum potestas aliquatenus restringatur, ac, numerò eligentium aucto, major suffragiorum numerus ad Electionem effragietur.

Dixiterunt: *pro una vel altera vice.* In perpetuum enim extraneis nequit potestas eligendi concedi, nisi præter assensum Capituli alia quoque conditiones, ad alienationem necessarias, concurrant, ut rectè judicavit Panormit. *cit. loc. Laymann d. l. q. 203.* Cum talis concessio sit vera alienatio juris alicujus incorporalis, ad Ecclesiam pertinentis; quæ sine præscripta Juris forma est prohibita in *cap. hoc consultiſſimo 2. de Reb. Ecclesie alienand. in 6.*

V. ex Fundatione. Nam, qui fundat Ecclesiam Collegiatam, potest vel alterius Ecclesie Prælato, vel extraneis Clericis jus eligendi reservare: quia Sacri Canones non prohibent, sed permittunt ejusmodi reservationes & conditiones, neque bonis moribus neque libertati Ecclesiasticæ adversas *cap. verum 4. de Conditioni appo. cap. præterea 23. de Jure Patronat. Laymann d. l. q. 19. resp. 4. D. Spengler cit. n. 2. in fine.* Sibi ipsi autem Patroni, nisi Ecclesiasticus sit, jus eligendi pacificè vel stipulari nequit, in requisitò & dissentiente S. Pontifice: quandoquidem non æquè ad jus eligendi quam presentandi Laici sunt habilitati, neque habitari possunt, nisi à S. Pontifice *cap. bene 1. Dist. 96. cap. si quis 12. & plur. seqq. XVI. q. 7. cap. sacrosancti 51. h. t.* & ibi Gonzalez *n. 10.* Confer, quæ *tract. de Præscript. cap. 4. a num. 169.* tradita sunt.

§. III.

Ad quos potestas eligendi Jure devolutionis spectet?

- 83 **U**ltra modos, in §. priore enumeratos, potest jus eligendi quibusdam competere jure devolutionis. Et I. quidem, si negligentia Capitularium tempus trimestre, pro instituenda Electione salubriter ordinatum, effluxerit *cap. ne pro defectu 41. h. r.* II. si ex culpa & delicto Capitularium aut formalis Electionis observata non sit juxta *cap. quia propter 42. eod. tit. aut indignus & inhabilis in Prælatum electus cap. bona memoria 23. d. r. cap. quamquam 18. eod. in 6. cap. gratum gerimus 2. de Postular.* III. si vel nullus de Capitulo Ecclesie viduatae superstit; vel, qui superstit, qualitativis & jure ad eligendum requisitis, carent. Passerinus de *Elect. cap. 31. n. 34.* Pithing ad *eund. tit. n. 13.* Ad quem autem eligendi jus devolvatur in allatis casibus? Quæstio est. Ubi distinctionem inter majorem & minorem partem facio, &
- 86 Dico I. Quando non totum Capitulum, sed pars tantum, ob negligentiam, culpam, vel inhabilitatem Electionem aut omittit, aut non recte peragit, eligendi potestas ad partem innocentem & inimpeditam, quantumvis minor sit, imò in unico consistat membro, pro ea vice devolvitur. Textus in *cap. congregato 53. h. r. d. cap. gratum 2. de Postular. Prælat. Rota Romana coram Emerix dec. 1254. n. 2. & 4. Zoëlius ad h. r. n. 20. Lotterius de re benefic. lib. 3. q. 17. n. 135. P. Guetrather in porta honoris cap. 2. §. 2. n. 6.* Ratio est: quia naturaliter & regulariter alteri per alterum iniqua conditio inferri, vel unus alterius odium prægravari non debet *cap. non debet 22. & seq. de R. J. in 6.* Alias quoque pro regula ex *cap. nullus 1. h. r. & l. si quis 7. §. 2. ff. quod cuiuscunque Universitat. non circumfertur, totam Universitatem illiusque jura in uno conservari.*
- 89 Idipsum de toto Capitulo dicendum erit, quòd nempe potestas eligendi penes ipsum remaneat, si non ex illius, sed cujusdam extranei vel alterius culpa vel negligentia contigerit, ut Electio non potuerit intra terminum trimestrem celebrari: censetur enim tunc legitime impeditum, eique lapsus termini non nocet per *cap. ne pro defectu 41. h. r. Rota d. l. n. 8. & 9. & in recent. p. 19. dec. 313. n. 25. & seq.*
- 90 Dico II. Quando totum Capitulum ex negligentia, culpa, vel inhabilitate omnino non eligit, aut non rectè, jus eligendi pro illa vice devolvitur regulariter ad proximum Superiorem, cuius videlicet est, Electionem confirmare. Textus sunt in *d. cap. ne pro defectu cap. si compromissarius 37. in pr. eod. in 6. Argumentum ducitur ex cap. licet Magister 3. & cap. ult. de supplicanda neglig. Prælat. ex quorum textuum decisione colligitur regula, devolutionem ex casu negligentie fieri gradatam, ab inferiore ad immediatum Superiorem; ab Ab-*

bate ad Episcopum vel Capitulum Sede vacante; ab Episcopo ad Archi-Episcopum; ab hoc ad S. Pontificem. Passerinus de *Elect. cap. 31. q. 4. num. 41. & seqq. Gonzalez ad cit. cap. ult. num. 15.*

Is autem, ad quem Electio devolvitur, juxta tenorem *cit. cap. ne pro defectu*, non debet ultra tres menses Electionem differre, sed DEUM præ oculis habens cum consilio Capituli sui & aliorum virorum prudentium viduatam Ecclesiam de persona idonea, ipsius quidem Ecclesie, vel alterius, si digna non reperitur in illa, canonice ordinare, si canonicam voluerit effugere ultionem. Rota coram Emerix *d. dec. 1254. num. 11. & seqq.* quia, qui in jus alterius succedit, eodem utatur, necesse est per *cap. is qui 46. de R. J. in 6. Passerinus de Elect. d. cap. q. 5. n. 53. Gonzalez ad cit. cap. ne pro defectu n. 10. Guetrather ad cap. 2. & 7. num. 10.*

Dixi: regulariter. Nam in Ecclesiis Cathedralibus de jure communi distingui solet & debet, an devolutio fiat ex causa negligentie, vel ex culpa, aut forma non servata. Si prius; devolvitur jus eligendi ad Archi-Episcopum, seu Superiorem immediatum *cap. quamquam 18. h. r. in 6. Si posterior; ad S. Pontificem devolvitur d. cap.* Nec contradicit *cit. cap. dilectus 12. de Concess. præb.* ubi ne quidem in casu negligentie jus eligendi in Ecclesiis Cathedralibus ad Archi-Episcopum devolvi statuitur. Nam in eo *cap. ab Innocentio III. refertur sola constitutio Alexandri III. Antecessoris sui, edita in Concilio Generali, cuius vigore in Ecclesiis Cathedralibus non poterat negligentia Capituli Cathedralis ab immediato Superiore suppleri: at quia post illam Alexandri constitutionem, ipsemet Innocentius in alio Concilio Generali, relatò in cap. ne pro defectu 41. h. r. decrevit, ut ultra tres menses Cathedralis Ecclesia vel Regularis Prælatò non vacet, & si intra hos non fuerit Electio celebrata, eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur: hinc de jure communi in casu negligentie manet Archi-Episcopo jus eligendi saluum & incolume. Gonzalez ad *cit. cap. ne pro defectu n. 11. & 12.**

Planè, si Ecclesie Cathedralis, aut etiam Collegiate vel Regularis, sint exemptæ, vel Episcopi confirmatio spectet ad Summum Pontificem, sicut in Germania per specialia Concordata, jus providendi & supplendi negligentiam mox ad Summum Pontificem devolvitur per *cap. licet 3. de Suppl. neglig. Prælat. cap. cum singula 2. in f. de Præbend. in 6. P. Engel ad h. r. n. 50. P. Wieltner ad tit. de supplicanda neglig. Prælat. n. 25. Clariss. P. Schmalzgrueber ad *eund. tit. sub n. 2.**

Quæres: utrum, si Capitulum in casu, quòd jus eligendi propter elapsum trimestrem ipsò

Quomodo Electio procuratoriò nomine celebrari possit?

ipsò factò devolutum fuit ad Superiorem, statim post trimestre eligat, Electio subsistat?

Resp. negativè. Textus perspicuus in *cap. ult. de Supplenda neglig. Prælat. Abbas ibid. n. 11. Barboia d. num. 54. Gonzalez num. 14. Wieltner ad *eund. tit. 37. Schmalzgrueber**

88 *ibid. n. 5.* Ratio est: quia Electio ab iis, qui jus eligendi non habent, celebrata, nequit subsistere. Atqui Electio, post elapsum tri-

mestrem à Capitulo celebrata, ab iis, qui jus eligendi pro illa vice non habent, est celebrata Ergo &c.

Nec obloquitur textus in *cap. per literas 4. d. 99. r.* ubi institutio in beneficiis, post semestrem facta, sustinetur. Sustinetur enim non ex jure vel iustitia, sed ex gratia Sedis Apostolicæ, cuius consilium Legatus ejusdem S. Sedis expecterat.

§. IV.

Quomodo Electio procuratoriò nomine celebrari possit?

100 **Q**uando Electores sunt abientes, Votum suum per procuratorem in Electione conferre possunt. Pro cuius dilucidatione

101 Dico I. Absens, & legitime impeditus, debet unum vel plures procuratores de ipso Capitulo vacantis Ecclesie constituer. Ita Bonifacius VIII. in *cap. si quis 46. in pr. & §. fin. h. r. in 6.* Ratio, quòd procuratores de ipso Capitulo sint assumendi, ea est: quia

102 *fin. h. r. in 6.* Jura noluerunt extraneos esse confcios vel gnaros negotii Electionis, quod solos Capitulares concernit. Qui tamen hæc ipsa

103 constituto favorem Capitularium respicere videntur, ut indicant illa verba *cit. §. fin. nolente Capitulario*: dicere cum Panormitano in *cap. quia propter §. illud X. h. r. n. 2. Viviano ibid. extraneo munus procuratoris demandari posse, dummodò Capitulares annuant.*

104 Dixi I. absens & legitime impeditus. Qualis est, qui longo viarum intervallò distat à loco Electionis; vel morbo laborat; vel detinetur ab hostibus; aut invidias metuit itinere &c. Textus, Glossa, & Gonzalez in *cap. quia propter cit. §. illud h. r. P. Wieltner ibid. num. 100.*

105 Quòd si iustum impedimentum non allegatur, idque sit opus videtur, juramentò probatum fuerit, procurator admitti nec potest, nec debet *d. §. illud. Rota Rom. in rec. p. 8. dec. 156. n. 1.* Ubi amè semel admittus est procurator, nò amplius de impedimento vel juramento queritur *Rota p. 19. to. 1. dec. 169. n. 4. & 5.*

106 Dico II. unum vel plures. Ita liquidè sæpe memoratum *cap. si quis 46. in princ. h. r. in 6.* decernit, quòd uni vel pluribus de Capitulo vicis Electoris absentis committi queant. Cui contradicit *d. cap. quia propter 42. §. illud X. dum unus procuratoris ingerit mentionem.* Nam in effectu idem est, sive plures, sive unus, deputentur: quia, si plures sint, omnes in solidum esse constituti debent, cæratione, ut locus præventioni detur, ac eidem, qui prior venerit ad Electionem, vox activa competat; neque uterque admittatur, esto concurrat uterque, sed is præferatur, qui vel à Capitulo, aut majori parte seligetur; vel prior in instrumento legitimationis seu procuratoriò nominatus est. Id quod in formalibus ferè loquitur allegatum *cap. si quis in*

107 *108 pr. & §. i.*

Dico III. Procurator, ad eligendum constitutus, fines mandati diligenter custodire tenetur. Explicatur, & probatur. Vel procurator ille mandatum speciale habet de certa

persona nominanda; vel generale: Si speciale; illam ipsam personam, quam principalis nominavit, procuratoriò nomine eligere obstringitur, tamen nomine proprio eligere possit aliam; & si digniorem aliquam crediderit, debeat *d. cap. si quis §. porro.* Si generale; nequit procurator aliam personam alienò, aliam suò nomine designare. *d. §. porro.* Ratio primi est: quia procurator conscientiam suam in persona propria regulat secundum conscientiam propriam; in aliena secundum conscientiam alienam. Ratio secundi est: quia eadem conscientia, quæ eligit in sua persona, obligatur eligere ex commissione alterius; quippe cum istius iudicio & discretioni relictum fuerit, personam, quam censuerit esse magis idoneam, assumere.

Ubi verò merita duorum, v. l. trium ita essent æqualia, ut discerni non posset, quis eorum melior & cæteris foret aptior, docet Barboia in *colle. l. an. ad d. cap. si quis n. 14.* posse à procuratore generali unum suò, alium procuratoriò nomine eligi Ex data distinctione ulterius

109 Deducitur I. procuratorem, speciali mandato instructum, posse vices suas aii procuratori subdelegare; non etiam procuratorem, mandato generali instructum. Colligitur ex *cap. si cui 12. de Offic. & pot. Jud. deleg. in 6.* ubi is, cui mandatum de certa persona est datum, ut eidem in certa Ecclesia de beneficio provideat, munus suum alteri committere posse dicitur; secus, si de persona incerta mandatum emanavit. Ratio discriminis

110 est: quia, dum mandato speciali specialis est expressa persona, nil interest, an procurator hoc ministerium per se vel per alium peragat. Dum autem generali mandato nulla persona est determinata, determinatio procuratori, cuius in Austria specialiter respexit mandans, commissa censetur, ut videlicet juxta proprium & non juxta alienum arbitrium Electionem perficiat. Pirhing ad *h. r. n. 150. Schambogen ibid. n. 50. Leurenus in foro benefic. part. 2. Sect. 2. cap. 2. q. 257. resp. 2.*

Deducitur II. procuratorem cum specialiali mandato non posse compromittere; posse verò procuratorem cum generali. Ratio disparitatis est: quia procurator primi generis admittitur nequit, ut alla persona, quam in literis expressa, nominetur: quod tamen eveniret facile, si compromissarius, ut fieri solet, absoluta potestas delegeret. At procurator secundi generis, cum totum jus mandan-

tis quoad Electionem habere videatur, potest quacunq; formā & modō eligere. Facit. textus in cap. venerabili 37. de Off. deleg. in fin. Pirhing cit. n. 150. Leurenus d. q. 267. resp. 3. Krimer bion. 188. Honor. ab Axel ad h. t. n. 11.

115 Deducitur III. eodem modō distinguendum esse circa variationem personā, si forsitan primum aut secundum scrutinium non sortiatur effectum. Qui enim generale mandatum est adeptus, potest variare, atque aliam personam in primo, aliam in secundo scrutinio nominare. Qui verō speciale mandatum accepit, eandem in omni scrutinio personam designare obligatur.

116 Dico III. Quando mandans sive principalis ante Electionem moritur, vel jure eligendi ex alio capite privatur, nequit procurator ad Electionem procedere, si rei huius notitiam habuerit. Pirhing cit. n. Leurenus d. q. n. 4. Krimer d. l. n. 188. 4. D. Spengler cap. 7. n. 8. Ratio est: quia mandatum, secutā mandantis morte, aut inductā aliā inhabilitate expirat Clem. un. de Procurator. Sinē mandato autem nemo procuratoris officium gerere, vel alterius nomine quidquam agere potest arg. l. Procurator. 1. in princ. ff. eod.

117 Dixi: si rei huius notitiam habuerit. Nam Electio, jam peracta, antequam mors vel privatio innotescat procuratori, tenet, & retractari non potest arg. l. si mandatum 15. ff. Mand. Barbosa f. E. V. lib. 1. cap. 19. n. 111. Tamburinus de Jure Abbat. tom. 1. disp. 5. q. 4. n. 8. Passerinus de Elect. cap. 10. n. 40.

118 Dubitabis I. an absens non possit votum per literas transmittere?
Resp. negativam esse receptissimam per textum in sipe cit. cap. si quis 46. §. ut. h. t. in 6. ibi: absens quoque (licet nullus de Collegio velit esse procurator ejusdem, nec ipse, nolente Capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per literas expr. mere votum suum, quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio, secretē & sigillatim.

119 Stantimodō exprimentum.
Nec ego à tam expressa Juris decisione recedere, solummodò tamen adiungere volo, quòd mihi non videatur esse prohibitorium, votum in literis explicare hōc modò, ut absens literas ad Capitulum scribat, eisque schedulam obsignatam inserat, quæ vel à persona, ab absente vel Capitulo nominandā, tempore Electionis in urnam (si ita moris sit) conjiciatur, aut saltem

120a scrutatoribus aperiarur. Ex una siquidem parte juxta n. 108. licet procuratorem constituere cum speciali mandato de certa persona eligendā; quod sanē non aliter procuratori poterit intimari, quàm in literis, ad ipsum ab absente directis. Ex altera verò parte textus & ratio d. cap. §. ut. tantum loquitur de casu, quòd votum per literas ad Capitu-

lulum missas, explicatur, ac sine occlusa scheda tori Capitulo persona eligenda manifestatur, sique in rei veritate votum publicatur ante scrutinium.

Dubitabis II. utrū, si Capitulares præ-122 sentes concluderent, quòd nullus ex illis absentium vota nomine procuratoris suscipere velit, procurator extraneus ab absente, legitime impeditò, constitui nequeat?
Resp. procuratorem quidem extraneum etiam in simili casu non posse constitui per cit. cap. §. ut. nihilominus absenti facultatem comperere, agendi de contemptu non lecus, ac si vocatus non esset. arg. cap. bonamemoria 16. §. Electionem h. t. Nil enim in effectu refert, absenti & impeditum non esse vocatum, aut per presentes impedimentum positum, quò minus Electoris muneri per procuratorem satisfacere valeat. P. Pirhing ad h. t. n. 151. P. Schmalzgrueber ibid. sub. n. 29.

Dubitabis III. utrū, si Capitulum à pro-124 curatore requiratur juramentum in animam principalis, quòd legitimò detineatur impedimentò, procurator abique speciali mandato jurare possit?
Resp. negativè, nisi procurator habeat mandatum generale cum libera per textum in cap. qui ad agendum 4. de Procurator. in 6. ubi ad juramenti præstationem speciale mandatum aut generale cum libera desideratur. Rota p. 19. to. 1. dec. 141. n. 14. Wiestner h. t. n. 101.

* Dubitabis IV. utrū procurator, genera-125 li mandato præditus, possit aut debeat eligere suum principalem, quando is videtur omnium esse dignior?
Ratio negandī est, quòd nemo seipsum eligere possit. At, si procurator, generali mandato præditus, suum eligeret principalem, principalis seipsum eligeret ex illa Juris regula quòd facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum cap. quod facit 72. de R. J. in 6.

Ratio affirmandī est: quia ex cap. si quis 46. 126 §. porro h. t. in 6. nequit ejusmodi procurator alium sub, alium alienò nomine eligere. At qui suo nomine tenetur eligere principalem, ceu digniorem. Ergo etiam alienò nomine. Neque tunc principalis seipsum eligit immediate, sed mediatè; quod veritum non esse, colligitur ex instantia de compromissariis ex cap. cum in Jure 33. h. t.

In puncto Juris crederem, affirmativam 128 non esse improbabile, utpote probam à Rota d. dec. n. 20. & dec. 169. n. ult. Verum de facto, cum ubique ferè locorum vota per schedulas clausas soleant conferri, vix erit practicabilis: quandoquidè procuratori duo quidem catalogi, nomina eligendorū complectentes, erunt consignandi; in eo tamen, qui locò absentis porrigitur, nomen absentis non invenietur.

§. V.
Quinam de Collegio prohibeantur eligere?

129 Regula, quam in num. 47. proposui, quòd omnes, qui de Collegio vacantis Ecclesie numerantur, votò activò gaudeant, quàm plures exceptiones patitur.

Exce-

130 Exceptio I. est in eo, qui rationis usu non pollet. Quòd numerò sunt infantes, amentes, furiosi, ebrii ebrietate perfecti &c. hi siquidem, cum alia minoris deliberationis negotia peragere non valeant, multò minus Electionem instituire valent. Passerinus d. cap. 10. num. 12. & citati.

131 Si tamen furiosus tempore Electionis intervalla furoris habuisset (id quod exinde non obscure licet deprehendere, quando votum suum non aliter, quàm alius sanæ mentis expressit) valeret Electio, sicut matrimonium, testamentum, alitè actus, tempore lucidæ intercapedinis à furiosis celebrari. Passerinus cit. loc.

132 Morbus vel defectus animi, veluti sunt senectus, obsessio demonis, surditas, cæcitas, vinculum lingue &c. dummodò relinquatur usum rationis & facultatem, signò quòdam externò proferendi votum, non arcent aliquem ab Electione: cum etiam à reliquis actibus, ad humanum commercium spectantibus, neminem excludant, prout idem Passerinus tradit d. cap. 10. num. 16. P. Guetrather in porta honoris cap. 2. §. 6. n. 4. & seqq.

133 Exceptio II. est in impubere, qui ante pubertatem non potest suffragium dare cap. ex eo 32. in pr. h. t. in 6.

Est enim discretio fortè non fit incipax, tantam tamen animi deliberationem, quæ ad Electionem est requisita, habere nequit. Passerinus d. cap. 10. n. 10. Barbosa in Collectan. ad cit. cap. ex eo. Leurenus d. cap. 2. q. 255.

134 Exceptio III. est, si elector necdum in Sacro Subdiaconatus Ordine sit constitutus Clem. ut in 2. de Elect. & qualis. Trident. Sess. 22. de reformat. cap. 4. Nil tamen interest, an quis in Subdiaconum post completum 21. ætatis annum de Jure, an verò ante ætatem ex dispensatione promotus sit: licet enim dispensatio strictè interpretata esse, ac dispensatus ad Ordinem non videatur esse dispensatus ad Electionem arg. cap. si quis 1. §. ille verò de filiis.

135 Presbyter. in 6. quia tamen nullibi habetur in Jure, quòd elector debeat excessivè annum vigesimum primum, esto Subdiaconatus ante recipi vel conferri ordinariè nequeat: quia etiam, datò non concessò, eam ætatem alicubi requisitam esse, dispensatio juxta verosimilem dispensantis & supplicantis intentionem suam

136 explicacionem & operationem habet: sanè dispensatus ad Ordinem, hōc ipsò quoad ætatem, eaque, quæ Ordini & ætati connexæ sunt, dispensatus esse censetur: cum & supplicans hoc impetrare, & dispensans indulgere verosimiliter voluerit. Tamburin. de J. A. rom. 1. disp. 5. q. 8. n. 50. Covarruv. part. 2. de Sponsal. cap. 8. §. 10. num. 18. P. Wiestner ad h. t. num. 20.

137 Aliud verò dicerem in casu, quòd aliquis super ætate necessariā ad Canonatum dispensacionem impetravit: tunc enim ratione Ordinis, ad vocem in Electione habendam requisiti, dispensatus esse non videtur: quia bene stant simul, esse Canonicum, nec tamen in Electione vocalem esse, ut tenuit Rota in Senensi

Archi-Presbyt. 23. Junii 1606. apud Passerinum d. cap. 10. n. 63. Leuren. cit. loc. q. 260.

Sed quid, si quis ante legitimam ætatem 138 Subdiaconatus Ordine citra dispensationem inauguraretur, anne jus suffragii obtinebit? Distinctione utendum est inter bonam & malam fidem. Si enim bonā fide sit inauguratus, quia videlicet errore ductus, legitimam ætatem se habere arbitratur; poterit eligere per d. Clement. ut in 2. quæ plura non desiderat, quàm Ordinem Subdiaconatus. Sin ma- 139 lā fide sit inauguratus; non est credibile, quòd Jura præmium ex delicto concedere, sed potius in eo, quò quis deliquit, iponire, ac Electionem, Ordini legitime suscepto annexam, denegare velint, saltem post latam sententiam arg. cap. literas 13. de tempor. Ordinat. Tamburin. cit. l. n. 10. Wiestner ubi supra num. 21. Leuren. cit. q. 259.

IV. exceptio est, quando elector est excom- 140 municatus, non quidem excommunicatione minori per cap. illa 39. h. t. hæc enim solā Sacramentorum susceptione passivā privat excommunicatus, relicta potestate & officio cap. fin. de Cleric. excom. sed excommunicatione majori cap. constitutus 23. de Appellat. quæ sola omni jurisdictionis & officii exercitio privat cap. un. in pr. ne Sede vacans, in 6. Gonzalez in d. cap. illa n. 4. & seq. Covarruv. in cap. alma mater de sent. excommuni. part. 1. §. 8. n. 3. P. König ad h. t. n. 111. Leuren. d. l. q. 269.

Neque obstat vel d. cap. illa 39. h. t. ubi S. 141 Pontifex asserit, se ex plenitudine potestatis defectum, si quis fortè intervenisset in Electione, ab excommunicatis excommunicatione minori adornatā, supplere: vel cap. ad probandum 24. de Sent. & re judic. ubi sententia, quam unus excommunicatus unā cum aliis Judicibus non-excommunicatis tulerat, pronuntiatur esse nulla: vel Clem. ne Romani §. ceterum h. t. ubi Electio Romani Pontificis ex eo non vitari dicitur, quòd aliqui de Cardinalibus excommunicatione majori reperiantur ligati.

Nam imprimis illa clausula de plenitudine potestatis in d. cap. illa non ex necessitate, sed ex abundantia ad cautelam est adjecta. Deinde cap. ad probandum non loquitur de ex- 143 communicatis excommunicatione minori, sed majori arg. cap. si quem 59. de Sent. excommuni. ubi sub excommunicatione, simpliciter prolata, major intelligitur: Gonzalez cit. num. 5. Denique §. ceterum d. Clem. ad solam Electionem 144 nem S. Pontificis pertinet, in qua, ne schismata, divisiones, aut alia similia sequantur, non expedire visum est, Electionem, ob excommunicati cujuspiam interventum, annullare. Idem num. 6.

V. exceptio est in electore suspenso, vel ab 145 officio simpliciter, vel ab officio & beneficio simul (idem est de interdictis personaliter) cap. cum dilectus 8. §. quia nobis constitit &c. de Consuetud. cap. cum inter 16. h. t. Gonzalez ibid. num. 21. Leuren. q. 276. P. König cit. loc. num. 17. Ratio est: quia talis suspensio reddit quem inhabilem ad actus officii, qualis est Electio,